

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipvorum Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum
Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.X.

VD18 90845382

[Philippus Heilbrunner]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:5:1-216309

ipsi invidiam, odium ac mille pericula creare potuissent. *vid. G. Serpil. Epitaph. p. m. 22.*

Nat. 1546. Clar. 1587. Obiit 1616. PHILIPPUS HEILBRUNNER, Scholarcha & Professor publicus in Gymnasio Lauingano Evangelico quondam percelebri, natus est Lauffæ, Wirtembergicæ ditionis oppido, Patre Hieronymo, Pastore loci, sed deinceps Enzweihingam ad Pastoratam & Decanatum Vaihingensem promotum. Natalis ejus incidit in ultimum Junii, 1546. Avus paternus Philippus præfuit Ecclesiæ Auracensi, tandemque emeritus rude donatus. Anno 1562. Philippus hicce junior Tubingam venit, atque an. 1566. Philosophiæ Magister creatus est, quos honores eleganti & prolixo carmine illi gratulatus est Nicodemus Frischlinus, totus in ejus laudes effusus. (a) Postea Theologiæ studio se mancians brevi tempore Lustnaviæ, notissimo propè Tubingam pago, Pastor constitutus, in Academiam Lctionum & Disputationum Theol. gratiâ itare solitus fuit circa annum 1569. Biennio exacto Bernhusam in Diocesi Stuttgardianâ promotus, anno autem 1574. in Gymnasio Lauingano ad Theologiæ Professionem à Philippo Ludovico, Comite Palatino vocatus, insimul in Ecclesiâ concionando docuit. Anno 1577. Tubingæ cum fratre Jacobo, celebri Theologo, & Johannè Welembecchio, Ecclesiaste Ulmenfi, Promotore Jacobo Heerbrando, titulum Doctoris in Theologiâ obtinuit; Denique an. 1602. Lauingæ Scholarcha & Inspector Ecclesiarum ejus Provinciæ

in

(a) *Vid. Libr. Eleg. 13. Eleg. 13. Eleg. 6.*

in locu
mas n
bio H
Weick
quatu
das 15
thai Z
quatu
& Ca
Collo
fuit, u
cæ Sec
nonnu
In eo
therun
tris D
multo
Egreg
Jesuita
S. Bib
runde
quàm
patium
etiam
S. Scri
accom
ro no
iisdem
tendel
erimir

(a)
(b)

in locum M. Abrahami Mannii ordinatus est. Primas nuptias celebravit d. 2. Junii, 1567. in Cœnobio Hirsoviensi cum virgine Agnete, D. Hentici Weickersreuteri, Abbatis ibidem filiâ, ex quâ filios quatuor genuit, & tres superstites reliquit. Secundas 1581. d. 8. Maji, Lauingæ cum Barbarâ Matthæi Zebelini, hospitis ibidem filiâ, quæ illi 6. filios, quatuorque filias peperit. (a) Vir, qui in Pontificios & Calvinianos doctissimum calamum strinxit, & Colloquio Ratisbonensi anno 1601. instituto interfuit, ubi cum antagonista Conrado Vettero, Jesuiticæ Sectæ Monacho, coram quatuor Principibus & nonnullis eorum Consiliariis cominûs pugnavit. (b) In eo malus ille Vetterus, qui tredecim libellis Lutherum sub nomine M. Conradi Andreæ, ceu fratris D. Jacobi Andreæ, horribiliter infamaverat, multorum criminum falsi accusatus est & convictus. Egregiè tamen scil. excusavit eum Johannes Hylinus, Jesuita, qui simul aderat, concludens à conditione S. Bibliorum ad rationem scriptorum Lutheri: Horundem fors (blaterabat,) non debet esse melior, quàm illorum; Ergò si S. Bibliorum Textus varias patiuntur explicationes & applicationes; cur non etiam Lutheri? quasi dicat: Satanas pro lubitu dicta S. Scripturæ torquet, allegatque modo ac sensu sibi accommodo; quare igitur Domino Collegæ Vettero non licuisset veteratoriè scripta Lutheri versare, iisdemque uti ad institutum suum pro lubitu? Contendebat equidem ex adverso Vetterus, comparis criminis reum agere Heilbronnerum; sed quæ falsè

O 2

Jesui-

(a) *Freberi Theatr.* p. 384.

(b) *Quæstedt de Patriis Viror.* II, p. 166.

Jesuitis imputata querebatur, e. g. doctrina fornicationem & Concubinatum in Clerico minoris reatus ac matrimonium arguens; fabricatio Indicis Expurgatorii &c. testimoniis nullam contradictionem admittentibus ipsi & imprudenter & impudenter poscenti, probabantur. (c) An. 1607. Philippus Lauingæ in convictu habuit, Joh. Valentinum Andreæ, qui eum integerrimum Senem, amicum avitum & paternum appellat, cujus operâ Bibliotheca Palatina satis instructa ipsi patuerit. (d) Tandem an. 1616. d. 17. April. ætatis 70. de mutatione, quæ fratrem expulerat, jam sollicitus, placidâ morte opportune præreptus obdormivit. (e) Vitam ejus Georgius Cleminius, Gymnasii Lauingani Rector diligentissimè descripsit, quam Melchior Adami p. 405. seqq. exhibet. (f)

Scripta.

Vaticinia Jesaiæ, Jeremiæ, Ezechielis, & Danielis in locos Communes Theologicos digesta, Lauingæ, An. 1586. 8.

Duodecim minorum Prophetarum Vaticinia simili modo illustrata, Ibid. 1588. 8.

Synopsis variorum Errorum hujus temporis, Lauingæ, 1595. 4.

Disputatio de Scripturâ Sacra, Lauingæ, 1579. 4.

Disputatio de Viribus humanis, Lauingæ, 1579. 4.

Pro-

(c) Caroli Memor. T. I. p. m. 29.

(d) Vita J. V. Andreæ Manuscripta.

(e) Carol. p. 397. Andreæ l. cit. Freherus Micralius libr. 3. H. E. p. 499.

(f) G. Serpili, Epitaph. p. m. 34.

Propo
De pe
De pr
Loci
gæ
Loci
15
Thes
Antit
4.
Thes
Synop
Synop
Synop
Syn.
Ext
H
aa

Wil
ch
se
Wil
2
Jes
se
re
D
P
D
De

- Propositiones de Sacram: Cœna, Lauingæ, 1586. 4.
 De peccato Originis, Ib. 1588.
 De prædestinatione, Witebergæ, 1597.
 Loci Communes in Epistolam Pauli ad Galatas, Lauin-
 gæ, 1591. 8.
 Loci Comm. in Epistolas ad Timotheum & Titum, Ib.
 1588. 8.
 Theses de Lege divinâ Morali, Ibid. 1600. 4.
 Antithesis Doctrinæ Petri Apostoli & Pontif. Romani,
 4. Ib. 1597.
 Theses de Apostasia Romanâ, Lauingæ, 1598. 4.
 Synopsis Error. R. Ecclesiæ de Scriptura, 1594. 4.
 Synopsis Error. de peccato, Ib. 1595. 4.
 Synopsis Errorum Pontif. de Ecclesiâ, Ib. 1595. 4.
 Syn. Errorum de Baptismo, Ib. 1592. 4.
 Extat ejus Epistola ad Johannem Ræslерum Senioreм
 Halensem, in den unschuldigen Nachrichten/
 ad An. 1707. p. 282.

Germanica.

- Widerwärtige Censur und Urtheil der Päpstli-
 chen Scribenten von der Augspurgischen Con-
 fession, Laugingen/ 1598. 4.
 Widerlegung des Huberischen Send-Briefs/
 Witteberg/ 1599. 4.
 Jesuiten-Spiegel/ darinn zugleich die Jesuiti-
 sche Apologia an den König in Frankreich/
 wie auch Conrad Wetters Antwort wider
 den unschuldigen Luther/ und Meyerhöfers
 Prædicanten-Spiegel abgefertiget werden /
 Augspurg/ in 4. 1600.
 Der keusche Papst/ Laugingen/ 1600. 4.

D 3

Send